

*Confirmate corda vestra,
quoniam adventus Domini appropinquavit.*

Lectio Epistolæ beāti Iacobi apóstoli

5, 7-10

- ⁷ **P**atiéntes estóte, fratres,
usque ad advéntum Dómini.
Ecce agrícola exspéctat pretiósium fructum terræ,
patiénter ferens,
donec accípiat imbrem temporáneum et serótinum.
- ⁸ Patiéntes estóte, et vos,
confirmáte corda vestra,
quóniam advéntus Dómini appropinquávit.
- ⁹ Nolíte ingemíscere, fratres, in altérutrum,
ut non iudicémini;
ecce iudex ante iánuam assístit.
- ¹⁰ Exémplum accípíte, fratres,
labóris et patiéntiæ prophétas,
qui locúti sunt in nómine Dómini.

Verbum Dómini.